

HOLY SEE PRESS OFFICE
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE



BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIEGE
PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLS

BOLLETTINO

SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE

N. 0442

Mercoledì 08.08.2001

Pubblicazione: Immediata

Sommario:

- ◆ LETTERA APOSTOLICA DIRETTA AL POPOLO CATTOLICO DI UNGHERIA A COMPIMENTO DEL "MILLENNIO UNGHERESE"
- ◆ RINUNCE E NOMINE

◆ LETTERA APOSTOLICA DIRETTA AL POPOLO CATTOLICO DI UNGHERIA A COMPIMENTO DEL "MILLENNIO UNGHERESE"

LETTERA APOSTOLICA DIRETTA AL POPOLO CATTOLICO DI UNGHERIA A COMPIMENTO DEL "MILLENNIO UNGHERESE"

- TESTO IN LINGUA ORIGINALE
- TRADUZIONE IN LINGUA ITALIANA

Pubblichiamo di seguito il testo della Lettera Apostolica che il Santo Padre Giovanni Paolo II indirizza ai cattolici di Ungheria in occasione del "Millennio Ungherese" e delle celebrazioni che avranno luogo il 15 agosto p.v. nella Basilica di Esztergom-Budapest per ricordare i mille anni dal battesimo dell'Ungheria ad opera di Santo Stefano:

- TESTO IN LINGUA ORIGINALE Venerabili Fratri Nostro
LADISLAO S.R.E. Cardinali PASKAI
Strigoniensi-Budapestinensi Archiepiscopo
Hungarorum Primati

1. *Magnificat anima mea Dominum, et exultavit spiritus meus in Deo salvatore meo (Lc 1, 46)*. Proxima in sollemnitatem Assumptionis Virginis Mariae in Basilica Strigoniensi speciali devotione elevabitur eius laudis

canticum ad Deum, cum populus Hungaricus gloriosum celebrabit eventum baptismi maiorum suorum qui factus est ante mille annos opera sancti Stephani. Quae recordatio excitabit profecto animos ad gratias agendas pro tot beneficiis hoc millennio acceptis intercedente Magna Hungarorum Domina. Eo ipso sane die etiam Nos, in spiritu coniuncti una cum clero cumque fidelibus in Strigoniensi Basilica congregatis, sociabimur Virginis Sanctissimae cantico: *Magnificat anima mea Dominum, et exsultavit spiritus meus in Deo salvatore meo.*

2. "Millennium Hungaricum" eventus fit clarissimus vel ex eo quod a vobis recolitur ipsa in sollemni anniversaria memoria obitus sancti Stephani Strigoniensi in urbe regali, in quam pervenit quondam corona a Venerabili Decessore Nostro Silvestro II donata. Quae nunc in amplissima Basilica ipso in coronationis loco exstructa servatur, quo animo gratissimo convenient una cum multitudine fidelium et compluribus moderatoribus vitae publicae Status Hungarici, Praeses, Rei Publicae Primus Administer, Gubernii et Publici Consilii legati nec non urbis Strigoniensis Magistratus.

Hoc pervetustum diadema Hungaris symbolum est identitatis nationalis, historiae culturaeque millennariae Regni sui, idemque Sacrae Coronae titulo honestatum, populus ut reliquias veneratur. Eiusmodi alta significatio spiritalis adiuvet aetatis nostrae homines, ut in praeteritis institutis christianis pretiosa futura aedificent.

3. In magnum gentis Hungaricae beneficium providentia divina disposuit, mille ante annis, ut vir civili prudentia praestantissimus, eximio praeditus ingenio atque sapientia, a Silvestro papa acciperet coronam, qua festo die Dominicae Nativitatis anni millesimi coronatus est. Brevi factum est ut res publica Hungarorum sui iuris fieret regnorumque Europae numero adiungeretur.

Stephanus coronam veluti ministerium interpretatus est, non tamquam honorem: quapropter communitatis sibi creditae bonum omnibus in rerum adiunctis usque quaesivit, sive Regnum ordinando ac tuendo, sive nova promulgando decreta, sive utrumque cultum provehendo, humanum scilicet atque divinum.

Stephanus rex, nulla emolumentorum successuumque propriorum specie corruptus, illecebris suae aetatis superatis, vivum fontem invenit, a quo attingendo animum corroboravit ut genti suae praeesset fideliter serviendo. Quem fontem spiritalem scriptor quidam commoda brevitate memoravit: *Semper sic apprensus, ac si ante tribunal Christi staret, in interioribus oculis eius presentiam vultu verendo conspiciens, Christum in ore, Christum in corde, Christum in cunctis actibus se gestare demonstravi*¹.

4. Stephanus rex usque se exhibuit vitae familiaris exemplar mille per annorum spatium fulgens. Ex eius filiis unus Emericus ad adulescentiam pervenit; de illius institutione sanctus Stephanus peculiarem curam adhibuit atque invigilavit ut scientia tunc temporis necessaria ditaretur. Accurate etiam animum intendit in eius personam efformandam, qua de re praeclaris eum commisit magistris - quos inter erat sanctus Gerardus, futurus Episcopus Csanadiensis -, atque libellum in eius usum componi iussit suis cogitationibus vitaeque regulis refertum. Quibus filium ita praeparavit ad vitam, ut eum redderet Regni gubernaculis tam scientia quam moribus dignum. Sed cum adhuc iuvenis e vita migrasset, patri succedere non potuit.

Regis Stephani familia vere exstitit sancta. Beata Gisela coniuge honestata sanctoque Emerico filio, ipsa per generationum cursum talem potuit propagare virtutem, ut Domus Arpadiana dederit Ecclesiae innumeros sanctos ac beatos. Quae quidem praeclara Christianismi lumina adhuc nos impellunt ut apta ratione Christi sequamur vestigia. Decem post saecula monet usque aetatem nostram, ut virtutes vitae familiaris magni aestimentur, neque filiorum educandorum neglegatur officium. Quare opportune iteramus, quod occasione Nostrae pastoralis in Hungaria visitationis ad homines culturae et scientiae diximus: "In cultu humano gravissimum est educationis momentum. Haec autem... eo spectat, ut propagini futurae repertorum scientificorum inventorumque technicorum summa tradatur [...]. Pari, immo maiore nisu, operandum est in campo educationis. Nam conceptio quaedam coartata de homine immensum detrimentum afferre potest formationi"².

5. Huius viri clarissimi in re publica moderanda eam memoramus indolem perspicuam, qua ipse est incitatus ad gravissimos suos in ordinando Regno labores feliciter exantlandos. Eius vitae scriptores referunt Stephanum fuisse animo precationibus semper intentum atque, quamquam variis gubernandi Regni negotiis occupatum,

precandi tamen tempus invenisse. Hic eius animus apparet in *Libello de institutione morum* ad Emericum filium scripto: *Observatio orationis maxima acquisitio est regalis salutis... Continua oratio est peccatorum ablutio et remissio. Tu autem, fili mi, quotienscumque ad templum Dei curris, ut Deum adores cum Salomone, filio regis, et ipse semper rex dicas "Emitte, Domine, sapientiam de sede magnitudinis tue, ut mecum sit et mecum laboret, ut sciam, quid acceptum sit coram te omni tempore"*³.

Hanc notam praesertim volumus praedicare, quod scilicet plurimi facimus incrementum spiritus precationis novo millennio ineunte, sicut scripsimus in nuper edita Epistula Nostra Apostolica: "Indiget sanctitatis paedagogia affectu christiano qui cum primis *arte precationis* praecellit. [...] Discere namque quemlibet precari oportet. [...] Praesertim pluribus coram probationibus, quibus fidem hodie obicit mundus, erunt illi [sc. *communes Christiani*] non tantum Christiani mediocres, verum Christiani "in periculo". Etenim "periculum" ipsi facient ne suam paulatim defervescere videant fidem ac forsitan etiam illecebris cedent "surrogatum", complectentes scilicet aliena religionis proposita, quin immo etiam aberrantibus indulgentes superstitionis formis"⁴.

6. Sanctus Stephanus depingitur manibus Sacram tenens Coronam, Regnum et gentem suam Magnae Hungarorum Dominae devovens. Eiusmodi devovendi actui gens Hungarorum ad hodiernos usque dies tam firmiter adhaesit ut cultus Marialis proprietates nationalis evaserit. Quare laetantes reminiscimur decem ante annis, occasione visitationis Nostrae pastoralis in Hungaria, post Eucharistiam Budapestini in Heroum platea celebratam, una cum omni Hungariae populo Nos hanc patriae vestrae commendationem Magnae Hungarorum Dominae renovasse: eandem nunc, "Millennio Hungarico" ad exitum properante, orationem renovetis oportet.

Patrocinium Beatissimae Virginis Mariae, Magnae Dominae Hungarorum, quod populus vester toties in historia sua expertus est, rectores vestros tum ecclesiasticos tum civiles totamque patriam hoc in novo millennio ducat per viam evolutionis, progressus, Christianarum virtutum, solidaritatis et pacis! Vobis autem omnibus hac in praeclara gentis vestrae festivitate Apostolicam Benedictionem libentissime impertimus.

Ex Arce Gandulfi, die XXV mensis Iulii, anno Domini MMI, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

IOANNES PAULUS II

¹ Legenda maior S. Stephani, c. 20: *Scriptores rerum Hungaricarum tempore ducum regumque stirpis Arpadianae gestarum*, edendo operi praefuit S. SZENTPÉTERY, I-II, Budapestini 1937-1938, 11 392.

² IOANNES PAULUS PP. II: *Allocutio ad homines culturae et scientiae*, diei 17 Augusti anni 1991, n. 6: *Insegnamenti di Giovanni Paolo II*, XIV 2, 1991.³ S. Stephanus: *Libellus de institutione morum ad Emericum ducem*, c. 9: *Scriptores rerum Hungaricarum*, n. 1, 11 626.⁴ IOANNES PAULUS PP. II: Epistula Apostolica *Novo millennio ineunte*, diei 6 Ianuarii anni 2001, nn. 32. 34: AAS 93 (2001).[01299-07.01] [Testo originale: Latino]●

TRADUZIONE IN LINGUA ITALIANA Venerato Nostro Fratello

Cardinale LASZLO PASKAI

Arcivescovo di Esztergom-Budapest

Primate di Ungheria¹. *L'anima mia magnifica il Signore e il mio spirito esulta in Dio mio Salvatore (Lc 1,46)*.

Nella prossima solennità dell'Assunzione della Vergine Maria con speciale devozione sarà innalzato nella basilica di Esztergom-Budapest il suo cantico di lode a Dio, quando il popolo ungherese ricorderà il glorioso evento del battesimo dei suoi antenati avvenuto mille anni fa ad opera di santo Stefano. Tale ricordo senza dubbio indurrà gli animi a ringraziare per gli innumerevoli benefici ricevuti durante questo millennio per intercessione della grande Signora degli Ungheresi. In quello stesso giorno anch'io, spiritualmente presente col clero e con i fedeli radunati nella basilica di Esztergom-Budapest, mi unirò al cantico della Vergine Santissima: *L'anima mia magnifica il Signore e il mio spirito esulta in Dio mio Salvatore*.² Il "Millennio Ungherese" diventa avvenimento ancor più illustre per il fatto che da voi viene celebrato nella solenne anniversaria memoria della morte di santo Stefano nella città reale di Esztergom, alla quale giunse un tempo la corona donata dal mio venerato Predecessore Silvestro II. Essa è ora conservata nella splendida basilica innalzata nel luogo stesso dell'incoronazione, dove converranno vivamente grati, insieme con una moltitudine di fedeli e molti responsabili

della vita pubblica dello Stato Ungherese, il Presidente, il Primo Ministro della Repubblica, i Rappresentanti del Governo e del Pubblico Consiglio nonché i Magistrati di Esztergom. Questo antichissimo diadema per gli Ungheresi è simbolo della identità nazionale, della storia e della cultura millenaria del loro Regno, e insignito del titolo di Sacra Corona, dal popolo è venerato come reliquia. Tale profondo significato spirituale aiutò gli uomini della presente generazione ad edificare, sul fondamento delle istituzioni cristiane precedenti, un futuro pieno di significativi valori.³ A grande beneficio del Popolo Ungherese la Provvidenza divina dispose che, mille anni fa, un uomo di straordinaria prudenza, dotato di eccezionale ingegno e grande sapienza, ricevesse da Papa Silvestro la corona con la quale fu incoronato nella solennità del Natale dell'anno mille. In breve tempo avvenne che lo Stato Ungherese diventasse indipendente e si aggiungesse al numero dei Regni d'Europa. Stefano accettò la corona non come onore, ma come servizio: pertanto in tutte le circostanze cercò sempre il bene della comunità a lui affidata, sia organizzando e difendendo il Regno, sia promulgando nuovi decreti come anche curando lo sviluppo delle due culture, quella umana e quella divina. Il re Stefano per nulla contaminato dal fascino di vantaggi e successi propri, dopo aver superate le lusinghe del suo tempo, trovò una viva sorgente attingendo alla quale rinforzò l'animo per guidare il suo popolo con un fedele servizio. Tale sorgente spirituale con indovinata concisione così viene sintetizzata da uno scrittore: *Presentandosi sempre come se si trovasse davanti al tribunale di Cristo, la cui presenza contemplava con gli occhi interiori e un volto tale da incutere rispetto, dimostrò di avere Cristo sulle labbra, di portarlo nel cuore ed in tutte le azioni*¹.⁴ Il re Stefano nel corso di questi mille anni è sempre apparso luminoso esempio di vita familiare. Dei suoi figli uno solo, Emerico, raggiunse l'adolescenza; santo Stefano curò in modo speciale la sua istruzione e vigilò perché fosse arricchito della scienza allora necessaria. Con sollecitudine si preoccupò della sua formazione, per la qual cosa lo affidò ad illustri maestri - tra i quali san Gerardo, futuro Vescovo di Szeged-Csanad -, e volle fosse preparato a sua utilità un libretto che riportasse le sue riflessioni e regole di vita. Per mezzo di queste preparò il figlio alla vita in modo tale da renderlo degno di governare il Regno sia per scienza che per condotta di vita. Ma poiché morì ancor giovane, non poté succedere al padre. La famiglia del re Stefano si impose veramente per santità. Onorata dalla sposa beata Gisela e dal santo figlio Emerico, poté diffondere tale virtù nel succedersi delle generazioni da far giustamente ritenere che la casa Arpadiana ha dato alla Chiesa innumerevoli santi e beati. Tali splendide luci di cristianesimo ancora ci spingono perché con retto cammino seguiamo le vestigia di Cristo. A distanza di dieci secoli sono ancora di monito alla nostra generazione perché le virtù della vita familiare siano grandemente stimolate e non venga trascurata la missione di educare i figli. Perciò opportunamente ripeto ciò che dissi agli uomini di cultura e di scienza in occasione della mia visita pastorale in Ungheria: "Nella cultura umana grandissima è l'importanza dell'educazione. Questa poi vuole che alle future generazioni sia consegnato il complesso dei ritrovati scientifici e delle invenzioni tecniche [...]. Con eguale, anzi maggiore sforzo si deve operare nel campo dell'educazione. Infatti una concezione ristretta dell'uomo può recare immenso danno all'istruzione"².⁵ Di questo uomo meraviglioso nel governare lo Stato, ricordiamo la particolare indole, dalla quale fu spinto ad affrontare con felice esito i gravissimi impegni connessi con l'organizzazione del regno. Gli storici della sua vita riferiscono che Stefano ebbe un animo sempre dedito alla preghiera e che trovò sempre il tempo di pregare nonostante fosse oberato dai molti negozi del governo. Questo suo animo appare nel *Piccolo libro sulla formazione dei costumi*, scritto per il figlio Emerico: "L'osservanza della preghiera è la più grande conquista della salute reale... La preghiera continua è purificazione e remissione dei peccati. Tu poi, figlio mio, ogni volta che ti rechi al tempio di Dio, fa' in modo di adorare Dio con Salomone, figlio del re, e tu stesso, come re, di sempre: «Manda o Signore la sapienza dall'alto della tua grandezza, perché sia con me e con me lavori, affinché io sappia che cosa sia gradito davanti a te in ogni tempo»"³. Specialmente voglio sottolineare questa caratteristica, cioè che grandemente stimo la promozione dello spirito di preghiera all'inizio del nuovo millennio, come ho scritto nella mia recente Lettera apostolica: "Per questa pedagogia della santità c'è bisogno di un cristianesimo che si distingue innanzitutto nell'*arte della preghiera*. [...] E' necessario infatti imparare a pregare. [...] Specialmente di fronte alle numerose prove che il mondo d'oggi pone alla fede, essi [cioè, *i cristiani comuni*] sarebbero non soltanto cristiani mediocri, ma "cristiani a rischio". Correrebbero, infatti, il rischio insidioso di veder progressivamente affievolita la loro fede, e magari finirebbero per cedere al fascino di "surrogati", accogliendo proposte religiose alternative e indulgendo persino alle forme stravaganti della superstizione"⁴.⁶ Santo Stefano viene presentato mentre tiene con le mani la sacra corona e consacra il Regno ed il suo popolo alla grande "Signora degli Ungheresi". A tale gesto di dedizione il Popolo Ungherese fino ai giorni nostri aderì tanto fortemente che il culto mariano è diventato caratteristica nazionale. Perciò con gioia ricordo che dieci anni fa in occasione della mia Visita pastorale in Ungheria dopo la Messa celebrata a Budapest nella Piazza degli Eroi, insieme con tutto il Popolo Ungherese ho rinnovato questa offerta della vostra Patria alla grande "Signora degli Ungheresi": è opportuno che ora, avvicinandosi la conclusione del "Millennio Ungherese", rinnoviate, con la stessa preghiera, la medesima offerta. La protezione della Beatissima Vergine Maria, Grande Signora degli Ungheresi, che il vostro Popolo tante volte ha sperimentato nella sua storia, guidi i vostri Governanti

ecclesiastici e civili e la Patria vostra in questo millennio lungo la via dello sviluppo, del progresso, delle virtù cristiane, della solidarietà e della pace! A voi tutti poi, in questa insigne festa del Popolo vostro, imparto volentieri la Benedizione Apostolica. Da Castel Gandolfo, 25 luglio dell'anno 2001, ventitreesimo del mio Pontificato. IOANNES PAULUS II _____ 1 *Legenda maior S. Stephani*, c. 20. *Scrittori della storia Ungherese al tempo dei comandanti e dei re della stirpe Arpadiana*, stampato a cura di E. Szentpétery, I-II, Budapest 1937-1938, 11 392. 2 GIOVANNI PAOLO II, *Discorso agli uomini di cultura e di scienza*, 17 agosto 1991, n. 6: *Insegnamenti di Giovanni Paolo II*, XIV 2, 1991. 3 S. Stefano, *Libellus de institutione morum ad Emericum ducem*, c. 9: *Scrittori della storia Ungherese*, n. 1, 11 626. 4 GIOVANNI PAOLO II, *Lettera Apostolica "Novo millennio ineunte"*, 6 gennaio 2001, nn. 32.34; AAS 93 (2001). [01299-01.01] [Testo originale: Latino]

RINUNCE E NOMINE • RINUNCIA DEL VESCOVO DI ARAÇUAÍ (BRASILE) • RINUNCIA DEL VESCOVO DI PATOS (BRASILE) E NOMINA DEL SUCCESSORE • NOMINA DEL NUNZIO APOSTOLICO IN MALTA E IN LIBIA • RINUNCIA DEL VESCOVO DI ARAÇUAÍ (BRASILE) Il Santo Padre ha accettato la rinuncia al governo pastorale della diocesi di Araçuaí (Brasile), presentata da S.E. Mons. Crescêncio Rinaldini, in conformità al can. 401 § 1 del Codice di Diritto Canonico. Gli succede S.E. Mons. Dario Campos, O.F.M., finora Vescovo Coadiutore della medesima diocesi. [01300-01.01] • **RINUNCIA DEL VESCOVO DI PATOS (BRASILE) E NOMINA DEL SUCCESSORE** Giovanni Paolo II ha accettato la rinuncia al governo pastorale della diocesi di Patos (Brasile), presentata da S.E. Mons. Gerardo de Andrade Ponte, in conformità al can. 401 §1 del Codice di Diritto Canonico. Il Santo Padre ha nominato Vescovo di Patos (Brasile) il Rev.do Canonico Manoel dos Reis de Farias, finora Parroco della parrocchia "Divino Espírito Santo" nella diocesi di Nazaré. **Rev.do Manoel dos Reis de Farias** Il Rev.do. de Farias è nato in Orobó, nella diocesi di Nazaré, il 23 aprile 1946. Ha compiuto gli studi preparatori presso il Collegio "Pio XII", a Surubim; quindi ha frequentato i corsi di filosofia presso l'Istituto "Estrela Missionária", a Nova Iguaçu, e quelli di teologia presso gli Istituti teologici dei Benedettini a Rio de Janeiro e in Olinda. Dopo l'ordinazione sacerdotale ha conseguito la licenza in Diritto Canonico a Rio de Janeiro. Ha ricevuto l'ordinazione sacerdotale il 6 gennaio 1983 in Orobó, incardinandosi nel clero di Nazaré. Ha esercitato i seguenti ministeri: Rettore del Seminario di Nazaré (1985-1986); Vice-Rettore del Seminario arcidiocesano di Olinda e Recife (1987); Parroco a Machados (1988-1990); Parroco di "Divino Espírito Santo", a Paudalho, e Direttore spirituale dei seminaristi maggiori di Nazaré (1990-2001). [01301-01.01] • **NOMINA DEL NUNZIO APOSTOLICO IN MALTA E IN LIBIA** Il Santo Padre ha nominato Nunzio Apostolico in Malta e in Libia S.E. Mons. Luigi Conti, Arcivescovo titolare di Graziana, finora Nunzio Apostolico in Turchia e in Turkmenistan. [01302-01.01]
